



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniae, 1622

Lopesium Castrium à desperato morbo. 251

urn:nbn:de:hbz:466:1-44900

225 Alium quoq; Burgenſes medici, quiq; Valliſoleto acciti venire, depoſuerant. Lopeſius Caſtrius is erat: & Leonoram Gallam, virginum antiſtitam, propinquitate ſanguinis contingebat. Enim vero poſtea quàm ille decreuit ſe in IGNATIÏ fidem committere, & aliquid ſtipis erogare: in fidem acceptus, morbi inſolentiã planiſſimè ablegauit.

252 Burgis Franciſcus Ortiz Sacerdos, ab exuberante humore genuum & articulorum, grauiter ægrotabat: iamque ipſum quinquennium acerbis doloribus exercitus, poſtremo in S. IGNATIÏ tutelam conceſſit: nec vllum ab eo die mali veſtigium aduertit.

253 Iam de familia S. Auguſtini Sacerdos grauis, cum per agrum fortè Burgenſem peſtilens lues inuaſiſſet, charitate inductus ſeſe agris emancipârat: vt cæleſte
via-